

ponantur, laici vero et monachi perpetuo anathemate^o feriantur, quia, ut (ait b)eatus papa Celestinus, *violatores³ sanctarum regularum* nullomodo sunt (...)nenti, sed *generalis decreti nostri ligone* a sinu catholicę ecclesię ext(ranei).

CPT. XIII. Ut nullus *contra⁴ patrum p̄cepta penitus, qui ecclesiasticis disci(plinis) inbutus per ordinem non fuerit et temporis tricennarii^p apropacione* 5
divinis stip(endiis) eruditus, catholice autem et canonice electus^q, *ad summum ecclesię sacerdocium (presu)mat aspirare*. Sed et si aliquis temerarius contra institutio(nem) canonicam digito dei corroboratam prava abicione corruptus (...)lico venire temptaverit, *ambicio eius inefficax penitus habe(atur); verum etiam* 10
et ipse et ordinatores illius ordine canonico priuentur, quoniam eum sine regulari constitucione simoniace (*con*)tra decreta vene(rab)ilium *patrum* ordinare irritate min(ime) timuerunt, et quia electionem ratam sprevisse et ad irritam access(isse) divinorum canonum transgressio et conculcatio est.

o) anathemate aus anatemate verbessert Hs. p) tricennarii interlinear nachgetragen Hs. q) electus aus eletus verbessert Hs.

3) Von *violatores* bis *ligone* (Z. 3) Übernahme von Wortelementes aus dem Schreiben JE 2810 Nikolaus' I. an Karl. d. Kahlen (MGH Epp. 6 S. 646 Z. 24, Z. 21 und Z. 25). Der Brief ist im gleichen Codex überliefert wie die hier edierten Kanones (vgl. oben S. 489); die einzig bekannte zweite Überlieferung des Textes im Codex Brüssel, Bibliothèque Royale 495–505 (2494), saec. IX^{3/4} und X^{1/2} wird nach Nordostfrankreich/Belgien lokalisiert (zum Codex vgl. zuletzt MGH Capit. episc. 2 S. 26 f.). Die Zuschreibung an Coelestin dürfte sich aus der Tatsache erklären, daß weiter vorne im Brief Nikolaus I. ein mit Quellenangabe eingeleitetes Zitat aus einer Dekretale Coelestins I. aufgenommen ist (ebda. S. 645, 38–646, 5).

4) Von *contra* bis *patrum* (Z. 11) Übernahme aus Zosimus JK 399 c. 1 (MIGNE PL 20 Sp. 670 AB).